



**Jacobi Alvarez de Paz Opera**

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Lvgdvni, 1613**

Sectio III. De his quæ singulis hebdomadis fiunt.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](#)

hac conscientiae discussione duos colliges fructus. Alterum, ut te ipsum ab erratis tuis per veram compunctionem purges, & ad desiderium emendationis prouoces. Alterum, ut te ipsum intus & in cuncte cognoscas. Nam si non tantum ramos, sed radicem, scuteris, id est, si non tantum imperfectiones tuas sed origines earum inspicias, aperter videbis te multis vitiis sordore, multisque carete virtutibus, & te ipsum non magni reputabis, sed potius ex corde despicias.

### De Dormitione, ac nocturna quiete.

#### CAPUT XIII.

**B**ORA quiescendi, quæ conscientiae discussione subsequitur, re ad somnum honestum, quietum, & religiosum patabis. Ita ut possis dicere cum Prophetata, In pace in idipsum id est, cum illis ipsis, qui à fructu spiritualis frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt, [dormiam & requiescam.] In hoc igitur opere, ut studiosæ & meritoriæ fiat, haec obseruanda sunt: Pura ac simplici intentione ad somnum ibis, ut seilicet ita statuerit, & ipso ordine disciplinæ religiosæ mandanti placeas, & ut vires ad ei seruendum, & pro gloria eius laborandum resumas. Specialibus orationibus beatissimam Virginem Mariam, custodem Angelum, & Sanctum illius missis patronum (de quo postea) inuocabis, ut te ab omnibus periculis, tum anima, tum corpori, liberent, & illibatum atque ab omni Dæmonis illusione purum custodian, ut sequenti die absque ullo impedimentoo celebrare, aut communicare valeas, aut spiritualibus obsequiis tempus impendere. Quid manè meditandum sit, aut leges, nisi probè memoriter tenetas, aut saltæ attente recordatione præuenies. More solito omnium Christianorum frontem, os & pectus cruce deuotè signabis, & te in lecto ad quiescendum honestè compones. Hanc autem honestatem Bonaventura sic explicat, Honestè & compositè iaceas in dextro vel sinistro latere, numquam tamen supinus vel aliter in honestus. Numquam dormias cum manibus in finu positis, nec crutibus elevatis, vel discopertis, sed semper teneas tunicam vel indusium inter crura, ut nullus inueniat te in honestè iacentem. Addit Thomas à Campis: Nec crebro te vertas, sed quietè & pacificè iaceas, memor Christi in cruce pendens, qui in patibulo, non in molli lecto dormiens, obdormiuit.

Bonavent.  
in regim.  
nouit. c.7

Thomas  
à Camp.  
lib. 2. de  
discip.  
claus. c.  
11.

Bern. ad  
fratres  
de monac.  
Dei.

Postquam in lecto cubaueris, Psalmos, vel orationem aliquam recita, vel quid sanctum meditare, & quanti momenti sit gratia & amicitia Dei, tecum ipse considera, quousque somno occupatus quiescas. Sic te aptum & robustum ad repellendas tentationes inuenias, & in ipso somno Diabolo tentantem resistas, & ex ipsa confutidine bene agendi ad orationem, & sancta desideria incitari te senties. De hoc sic scribit Bernardus: Iterum ergo ad somnum, semper aliquid defer tecum in memoria vel cogitatione, in quo placide obdormias, quod nonnumquam etiam somniare iuuet, quod etiam euigilantem te excipiens, in statum hæternæ intentionis restituar. Sicuti nox sicut dies illuminabitur, & nox illuminatio tua erit in deliciis. Placidè obdormies, in pace quiesces, facile euigilabis, & surgens, facilis, & agilis eris ad redendum in id unde non totus discessisti.

At si aliqua tentatio, priusquam dormias, aduersus tuam puritatem infurgat, eo remedio, quod pius

A & deuotus pater, Thomas à Campis, offert, tentationi te oppones: Si caro titillat, inquit, si terra imago incidit, si quævis alia passio mouet, nec quiescere te sinit, ad orationem conuertere, signum crucis tibi imprime, flagellum, coronam spineam, lanceam, ac totam armaturam. Crucifixi oppone, ante cuius virtutem non potest hostis stare malignus, nec tentationis illatio perdurare. Adhibe quoque ignem æternum, supplicia sanctorum Martyrum, Confessorum constantiam, & Virginum fortia trophaæ. Attende lapides Stephani, craticulam Laurentij, fustes Marcelli, vngulas Vincentij, vepres & viticas Benedicti, flammæ sanctæ Agnetis, rotam Catharinæ, acutissimas testulas Agathæ, bullientes aquas Cæciliæ, lacrymas, amorem, contritionem, & peccatum. Maria Magdalena, dentes bestiarum, horridos carceres, necon dura vincula pedum Sanctorum. Sic Deo iuante, & ista te cogitante, ignem igne superabis, Diabolum confundes, Sanctos honorabis, in pace Christi dormies & requiesces.

B Si hanc fidelitatem erga Dominum seruans obdormieris, non solum in vigilia, sed in somno quoque tentatori resistes. Quod experiebatur Augustinus, cuius haec sunt verba: Domine, memores mandatorum tuorum etiam in somniis resistimus. Ad idque exhortatur Paulus, dicens: Siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. ] Cum Dominus enim in dormitione viuere, est etiam, cum per somnum nostri compotes non sumus, ex precedenti habitu in vigilia acquisitus honestè formari, & ei fi deles existere. Nec solum temptationibus resistes, sed & dormiens orabis, & in studioſas actiones te incumbere cogitabis, ut de sancto Honorato Episcopo scribit Hilarius Arelatenſis. Sic enim ad ipsum loquens, ait: Tuis in tantum medullis Christus infederat, ut interdum, quod expertus loquor, membris tuis placido sopore deuinctis, illū etiam in somnis officio solito tua lingua resonaret. Sæpe dormies sanitas exhortationis, sæpe orationis affectu officiosissimo verba fudisti. Agebatur quippe lectulo corporis requies, mentis in Christo. Et quidem prout quique affuiimus, expertissimus. Tu vero vna semper omnium requies, quam alacer sæpe referebas somnia, non aliiquid presagientia, neque aliqua in futurum anxietate solicita, sed in quietis animæ desideriis excitata, Martyrum scilicet, quos semper meditatione gestabas, credo, interdum alludente & provocante cupiditatē tuam Domino, tanquam excitata in fidem tuam persequitione peragebas. ] Hæc ille. Entere ergo, ut talis sit somnus tuus, somnus planè iustorum, ex quo facile possis ad orationem aſurgere, & ad vita spiritualis exercitia repedare.

Vbi ſupr.

1. ad  
Theſſ. 5.  
10.

In vita  
eius, c.  
20. Su-  
ritas, 10.7

#### SECTIO III.

De his, quæ singulis hebdomadis fiunt.

De confessione in hebdomada, facienda.

#### CAPUT I.

**C**MNI A, quæ hæcnen dicta sunt, ad disciplinam religiosam vnius eiusdemque diei pertinent, quæ quam facile & iucundè & sine villa angustia à viro spirituali praestentur, illi experti sunt, qui in cœnobio bene instituto, & iuxta regulam gubernato, vitam

spiritualem

spiritualem colunt. Sicut enim natura tam mirabiliter ordine interiora hominis, ut cor, siccum, siccera, intellina, & alia ad hoc genus spectantia, disposita, ut exiguo spatio comprehendantur, ex quo tamen educata, testimonio Medicorum, vix duplo loco continentur; ita gratia tot ac tam varia opera, ac multo plura sic in uno die religiosè transfacto ordinat, ut sine via pressura, aut afflictione cordis, spirituialis animus illis intendat. Aliæ vero actiones studioæ sunt (ut supra testigimus) quæ non per diem, sed per hebdomadam fiunt, de quibus nunc est breuiter disserendum. Ex religiosis ergo qui Sacerdotes non sunt, & nec quotidie, nec tertio quoque die ad Sacramentum confessionis accidunt, singulis hebdomadis ex praescripto confitentur. His autem duas fortes confitentium proponimus ante oculos. Alteram, eorum non dico iam, qui sicut confitentur, & sine debita claritate, & aliis requiritis, hoc Sacramentum suscipiunt: (nam quis hoc de hominibus Deo dicatis credat?) sed qui ex quadam arida consuetudine ad confessionem veniunt. Alteram, eorum qui ex amore Dei, ex vero dolore peccatorum, & ex ferventi desiderio emendationis, huic Sacramento se subiiciunt. Prioribus illis dicemus, quod de populo Iudeorum in Psalmi scriptum est: Destruxisti eum ab enumeratione, & sedem eius in terra collisisti.] Lauacro enim illo purissimo sanguinis Christi, quo emundari debuerant, propter malum aut ineptum usum magis foedantur: & unde quies animæ nasci solet, quia non ut oportet, peccata sua pandunt, inde inquietudinis tribulos & spinas nanciscuntur. Posterioribus vero competit quod in alio Psalmo dicitur: Aduuit pauperem de inopia, & posuit sicut oues, familias.] Quis namque pauper est, nisi peccator? & que eius inopia, nisi delictum? Dum autem hanc inopiam animo humili & compuncto confiteratur, mirum in modum ut dicitur meritis, adiuuat. Horum pauperum, qui ex corde inopiam suam detestantur, familias ponit Dominus, sicut greges ouium, quia eos custodit ut gregem suum, & bonorum operum prole fecundat.

Si vero vis numero istorum aggregari, haec in confessionis usu seruabis: die & hora cœluta tuam conscientiam diligenter examina, & eo modo, quo supra dictum est, per cogitationes, desideria, verba, & opera, quid male egisti, & in quo à lege vel regula exorbitasti, solerti meditatione considera. Ante iudicium interroga temeritatem, & in conspectu Dei inuenies propitiationem. Illa autem præcipue ad confessionem ex venialibus collige, (nam de confessione venialium loquor) quæ aliquo modo tuam conscientiam inquierant, & aliquam erubescientiam ingenerant. Dorotheus autem ait: Admonuere autem crebro maiores nostri, non debere pati monachum remorderi se aliquando à conscientia sua, ne una quidem te minima.] Facto autem examine, culpisque cognitus, dolor sanctis considerationibus querendus est, & emendationis propositionum concipiendum, de quo supra, quod latet est, diximus: & idem omittimus, ne eadem repetamus.

Potquam huic parti penitentia satisficeris, ad cellam spiritualis patris, vel ad locum ubi confessiones excepturus es, ibis. Si alii fratres, licet minores, aut ateate, aut studiis, aut religionis annis te preuenient, & prius accesserint, donec illi confiteantur, expectabis. Hoc autem tempore stans, aut humiliter sedens, in libello spirituali leges, vel aliquam precationem recitabis, aut mentaliter orabis, vel (quod melius videatur) amplius ad confessionem preparabis, & doloris affectu compunges. Data tibi opportuni-

A tate ingrediendi ad latus spiritualis, patris, genuflexes, & inclinato aliquantulum capite, per Iube Domine benedicere, facultatem inchoandi confessionem accipies. Statim generalem confessionem facies ab Ecclesia receptam, usque ad illa verba: Quia peccavi nimis cogitatione, verbo, & opere. & tunc peccata tua, tum interiora, tum exteriora, breuiter, sed clare, distincte, sine ambagibus, sine obscuritatibus, sine excusationibus, ut ea cognoscis, apud illum dices, & tandem per verba sequentia, mea culpa, & cetera confessionem concludes. Admonitionem, aut increpationem judicis tui humiliter audies, non aliter ac si Christum filium Dei te monentem, aut increpationem audires, illi enim peccata tua pandis, illi te subiicias, ab illo monita salutis excipis: siquidem Sacerdos vicem eius gerit, & ab eo remittendi peccata potestatem accepit. Satisfactionem demum tibi impositam libenter admittes, & si commode volueris, statim exolues, & quanta potueris mentis deuotione complebis.

Hæc confessio ritè facta remissionem peccatorum accipit, & pro admisis delictis Deo nobis offensos satisfacit. Scitè enim dixit Thomas à Campis, Debitor es omnium, & ad solvenda debita peccatorum vix habes unum integrum nummum. Quis est iste numerus? Confessio oris ex vera cōtritione cordis. Hæc est illa confessio, quam Laurentius Iustinianus pulchre describens, mirabiles effectus habere, & magna a pretiosa bona nobis tribuere dicit. Ille quidem sicut ait: Verus quippe penitens, ex cognitione atque peccati odio conteritur in se, erubescit pro scelere, & coram Deo humiliando accusat, Sacerdotis genibus se prosterat, facinora perpetrata primit, modum exprimit, cordis intentionem detegit, tempus consummati delicti, numerum confiteratur, atque peccatorum suorum turpitudinem non abscondit. Quia enim non homini, sed Deo, eius personam genitum Sacerdos, stare se credit, nihil valet occultare, quod fecit, sciens pro certo quod nullatenus dignus est veniam, si non delecto pudore palam, & pro ut deliquerit, peccata sua euomuerit. Clamat profectò intus ratio, conscientia vrget, impellit compunctionem, per custodem Angelum horratur grata, ut purè, simpliciter, integrè, aperte, & distincte confiteatur, ut non super vacuè laboret, currat inaniter, & ablique delictorum remissione tristis abscedat. Nam quemadmodum facta, & scienter celato scelere imperfcta oris confessio patit in corde mortitiam, aut certa indulgentia spem, & confessionem immittit, ita è contrario humili, integra, verecunda, & compunctione referta animum replet gaudio, agilitate quadam letificat conscientem, de Dei bonitate fiduciam præbet, vterias non peccandi desiderium gigrit, grandi accedit affectum, gratiarum ad Deum ingeminat, actiones, fastis faciendo subministrat vires, & ad Eucharistia sacra sumptionem acutus gustuin. Hæc tandem est illa confessio, quam qui fecit, dum verba Sacerdotis absoluens audit, arrham diuining misericordie, id est, fidem spem remissionis peccatorum suscipit. Hanc tu frater ita exercere cura, ut ob negligientiam tuam eius fructu non careas, & quotidie magis circumspectus & mundus eam frequenrando apud Dominum sanguine suo lauantem, existas.

## De communione sine sumptione Eucharistie.

## CAPUT II.

**S**ACRAMENTALIS confessio ad Eucharistia sumptionem omnes fideles parat, quam religiosi assidue suscipiunt, ad eamq;

expræ

ex præscripto, octavo quoque die nostri fratres accedunt: Huius sanctissimi sacramenti vslus (in quo Christus redemptor noster verè præsens adest) tanti momenti est, ut qui ipsum non ex consuetudine, sed ex amore & ex deuotione recipit, maximum habeat vniuersal virtutis & perfectionis adiumentum. Sol enim iustitia in corde susceptus quid faciat nisi illuminare? Fons amoris in mente admissus, quid faciet, nisi illam accendere? Vita verò in præcordiis immissa, quid efficiet nisi vitam anima augere, & ad omnem eam perfectionem adducere? Homo negotiando & mercimonio insistendo multum luctatur, sed si ut hospitem in domo sua regem excipiat, & eius oculus placeat, sine villa comparatione ditor efficietur. Potest namque illum subito ex abiecta occupatione educere, & inter equites aut etiam inter magnates colloquere. Sic prorsus, iustus non parum iustitiam auger, dum diuersarum virtutum studiis inheret: at si ferventissimo amore se Christo Regi regum in hospitium exhibeat, ita potest placere ei, ut repente ad quandam magnam sanctitatem euchat, & in te familiaritatis sua cum particeps faciat. Hinc anima sancta licet in oratione indicibilibus munieribus decoretur, maioribus tamen in Eucharistia sumptio dominatur, quia in oratione, ex riuulo; in Eucharistia verò, ex fonte buntur.

1. Cor. II.

Magni tamen refert hoc sacramento sanctissimo rectè vt:nam qui eo malè vitur, & graui peccato foderatus accedit. [iudicium, inquit Paulus, sibi manducat, & bibit:] qui verò eo tepide, & vt feruia consuetudini, vitur, modicum quid fructus capi: at qui ex magna deuotione hoc sacramentum accipit, mirabiles in se effectus, & manifestam in melius, sua vita mutationem aduertit. Sed quia nostri instituti tantum est modum debite communiois aperire, plurima, quæ hoc loco dici poterant, prætermis, & id tantum, quod huius muneric est, expone agredimur.

Lib. 1. p.  
2.

Duo ergo sunt in viris iustis & religiosis circa communionem extrema vitanda. Alterum, ilorum qui nollent tam frequenter ad Eucharistiam accedere. Accedunt tamen ne canonem prætereant, ne ab aliis fratribus notentur, & ne à Prælatis puniantur. Alterum verò illorum, qui vellet solite frequentius communicare, & bis, immò & ter in hebdomada, & quotidie si possent, sacramentum accipere. Horum primi aut ignavia, aut ignorantia laborant, quia aut le debite ad frequentem vsum Eucharistie non præparant, aut bene patatos, ex seruili quadam timore se minus dignos existimant. Si huius modici appetitus ignavia & tepiditas causa est, rebus quæ feruotem accendant, de quibus superioris multa dicta sunt, & considerationibus magnitudinis mysterij huius, & fructuum eius, est à tepido & ignavo curanda. Quis bonus filius ad benignissimum patrem venire nolit? quis frater ad primogenitum fratrem, ex quo totus pender, refugiat accedere? Quæ sponsa, sponsi sui pulcherrimi libenter non recipiat amplexus? Sed quare iustus iustificatorem fugiat, & sanctitatis au-  
torem, & remissionis peccatorum & vniuersatum datorem virtutum, hospitari renuat? In hoc conuiuio omnis dulcedo animæ, omnis virtutum fructus est, vt quisque ad illud venire non metuat, cuius suauitatem & utilitatem sola Ambrosij verba nobis exponant: Nec vereatis, inquit, ne in conuiuio Ecclesie aut grati odores tibi, aut dulces cibi, aut diuersi potus, aut conuiua nobiles desint, aut decentes ministri. Quid Christo nobilis, qui in conuiuio Ecclesie & ministratur, & ministratur ei? Istius conuiua re-

Ambr.  
lib. 1. de  
Cain. c. 5.

A cumbentis annecte te lateri, ac te Deo coniunge. Nec fastidias mensam, quam Christus eligit, dicens: Introiui in hortum meum foror mea sponsa, messui myrrham cum aromatibus meis, manducavi panem meum cum melle meo, & bibi vinum meum cum lacte meo. ] In horto, hoc est, in paradiſo, est conuiuio Ecclesie, ubi erat prius Adam quā pecatum committeret. Ibi recumbebat Eva priusquam culpā crearet, & parceret. Ibi vindemias myrram, hoc est, Christi sepulturam, ut consolatus cum illo per Baptismum in mortem, quemadmodum ille surrexit ex mortuis, & tu resurgas. Ibi manducabis panem, qui confirmat cor hominis, mel gustabis, quo tuatu dulcescat meatus fauicium, vinum bibes enim lacte, hoc est cum decore & sinceritate: sive quod meri pura simplicitas sit, sive quod immaculata gratia, quæ in remissionē sumitur peccatorū, sive quod parvulos consolationis sue laetet vberibus, ut ablaſtati in deliciis in plenitudinē perfecte aratis adoleſcat. Succede ergo in hoc conuiuio. An metuis ne angustior domus, & breuis conuiuij locus te compri-  
mat? O Israël, quā magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius! magnus est, non habet finem; altus, & immensus. ] Ibi fuerunt gigantes illi, qui ab initio fuerunt statura magna, scientes prælium. Non hos elegit Deus. Et meritò non elegit, quia prælium, non pacem sciebant. Et ideo tu pacē dice, ut eligaris à Deo. Sed ne fortè incomptā domus magnitudinē putes, & diuersoria te colunata delectent: Sapientia ædificavit sibi domū, & sculpti columnas septem. ] Ipsi erit Dominus Iesus multis mansiones apud Patrem suum esse cōmemorat. In hac ergo domo epulaberis animæ cibo potuque mentis, ut postea non esurias, neque sitiás inquit. Qui enim manducat, manducat vte; ad satiety, & qui bibit, vte que ad ebrietatem bibit. Sed hæc ebrietas pudicitiae eu-  
stos est. His verbis sanctissimus doct̄or non minus eleganter quām eudenter tractat quanta sit huius mensæ tum dignitas, tum utilitas, tum suauitas, ut ne-  
mo ad eam cum tristitia, aut moleſta, aut naufragia re-  
cumbat. Quanta dignitas mensæ, quæ non in aula regis terreni, sed in domo regis coelestis instruitur, cui Angeli assistunt, Sancti assident, in qua Christus Dei filius ministrat, corpus eius manducatur, & san-  
guis eius bibitur? Quanta utilitas in qua peccata mundantur, vitia extinguuntur, passiones modū vir-  
tutes augmentum, & dona cœlestia perfectionē ac-  
quirunt? Quanta suauitas mēle illius, in qua est aqua refrigerans, vinū inebrians, lac reficiens, mel vitam nostrā edulcans? & cibus illi cœlestis corpus ipsum confortans, (vt multi experimento cōperunt) ani-  
mamque sustentans. Hunc cibū, ô frater, qui quotidi-  
die necessarius est, ideo quotidianus vocatur, octauo quoq; die tibi oblatum, non molestè, non coacte, sed libenter accipias, ita accipe, vt licet realis eius suscep-  
tio quotidiana non sit, eius tamen desiderium per-  
petuum sit. Si famem non sentis, aeger spiritu es, eura  
ut conualeſcas, quod, cùm tibi hic panis conceditur,  
ut famelicus comedas.

E Illi verò secundi, qui cupiunt frequentius, quidam alij hoc cibo Angelorū refici, causam huius desiderij vestigent. Si cauila est simulatio, quia alij frequen-  
tius communicant: & nolunt minus deuoti & spiritu-  
ales appatere, seipſos irideant, & tanquam super-  
bos contemnant, qui Sacramentum, charactem &  
humilitatem prædicans, volant ad inuidia & super-  
bia fomentum afflumere. Si verò causa est sensibiliis  
deuotio: quæ ex corporis Domini mandatione  
percipiunt, seipſos mortificant, & sciant, obedientiā,  
& vita regularis amore sensibili deuotio preferre:

Cæ. 5. 5.

Bar. 3. 24

Prou. 9. 1.  
Ioan. 14.

neque

necque in hoc cibo sensibilis deuotio, ut finis quætenda est, sed animæ puritas affectandæ. At si causa sit quædam impatiens sponsi cupiditas, & violentus quidam amor, in alio quam in Domino quiescere neciens, neque huic est omnino credendum, maxime si eum sancta & perfecta vita non approbat, si intima cum Deo familiaritas non inflammat, si resignatio non ordinat, & obedientia, qua promptè superiori subsit, non gubernat. Sed si vita puritas, si orationis donum, si apertus ex communione profectus, si fratrum edificatio, & nullum ingeneratum scandalū suaderent, haec desideria à Domino promanare, bene possit illi, qui huiusmodi est, frequentior usus huius Sacramenti etiam in communitate concedi, tantum ut ille sic vivat, quod omnibus quantum in se fuerit, virtute praluceat, & manibus, id est, operibus sanctis, maius sibi datum fuisse ad sancte viuendi iuvamen, ostendat. Siue autem Sacramentum hoc præstantissimum tempore à regula prescripto, siue frequenter ex facultate Praelati à religioso suscipiat, illud Chrysostomi præ oculis habendum est, ut optata ex hoc cibo proueniat utilitas. Quos, inquit ille, magis acceptabimus? Eos qui semel, an eos qui sapienter, an illos qui raro accipiunt? Neque illos qui semel, neque illos qui sibi, neq; qui raro, sed eos qui cum mûda conscientia, qui cum mundo corde, cù vita irreprehensibili. Neque ergo eos laudo, qui semel in mente, aut octauo quoq; die, prout sua regula præscribit, sumunt: neque eos qui obiecta à Praelato facultate frequentius accipiunt: sed eos probabo, & venero, qui ita parati & dispositi ad mensam Dei sedent, ut ex ea maius emolumentum percipiant.

Sed iam de isto apparatu ad fructuosè communi-  
candum meam paruitatem interrogas? Duplex igitur est ad sumendā Eucharistiam adhibenda dispo-  
sitionis. Altera quasi à longe te preparat, & illa non est  
alia, quam sancta & spiritualis vita, vitiis & distra-  
ctionibus libera, & ab omni eo, quod te inquinare  
possit, aliena. Huius dispositionis meminit Laurentius Iustinianus, dicens: Optimum susceptionis re-  
medium, mentis humilitatem fore non dubites. Eo  
namque ad Eucharistiam percipiendā eris dignior,  
quo corde humilior, mente mundior, dilectione  
feruentior, virtutibus sollicitior, & vita inuentus fue-  
ris sanctior. ] Mundamini, inquit Isaías, qui fertis va-  
fa Domini. ] Quænam sunt valet Domini, secundum Chrysostomum, nisi corpora nostra, in quibus Sanctus Sanctorum, sub panis & vini signis inhabitant? Purifica itaque te ipsum, recede à negotiis secularibus,  
egredere ab omni desidia, & ignavia: polluta, id est,  
opera Deo iniusta, ne tangas, & sic ad debitam suscep-  
tionem Eucharistiae mundaberis. Si quis enim emundauerit se ab istis, erit vas in honorē sanctificatum, & virile Domino ad omne opus bonum paratum. ] Sanctificabitur, inquam, & deputabitur huic honori, ut Dominum suum dignè suscipiat, & tan-  
quam Dominum suum in corde circumferens, ad  
omne opus bonum præstandum parabitur. Quid enim boni non possit is, qui authorem boni dignè suscepit, & auxilium gratia eius præstò habet?

Proximè autem sic te ad sacram communionem parabis. Tribus diebus ante diem suscipienda Eu-  
charistia, sollicitius te in bonis actibus consuetis  
exercebis, speciale aliquam orationem facies, non  
tam longam, quam affectus plenam, qua gratiam &  
deuotionem ad debitem accedendum postules, & ad  
idem aliquam corporis afflictionem subibis. De hac  
dispositione sic scriptit Bonaventura: Quod si in  
die Dominicæ proponis communicare, studeas te  
ante per triduum ad fetuorem spiritus ordinare, vt

Bonaventura  
regul. mo-  
nitr. c. 4.

Chrysost.  
hom. 17.  
ad Heb.

Iustin. de  
triupholi  
Christi co-  
gn. ca. 4.  
ad med.

Isaiae 12.  
11. v

2. Tim. 2.  
21.

Qui

A sis in sexta feria præcedent ab omni cogitatione im-  
mundâ abstractus. Semper autem habeas mentales  
oculos ad Iesum crucifixum, spinis coronatum, acci-  
to & felle potatum, sputis & contumeliis saturatum,  
à peccatoribus blasphematum, acerbissima morte  
consumptum, lancea perforatum, à mortalibus iam  
sepultum. Haec cogita, illa die, siue comedas, siue  
bibas, siue aliquid aliud facias, ut cogitando Crea-  
torem crucifixum, dolorem in corde habecas, tota  
die ostendas tristitiam in corde & in corpore, diecens  
cum Apostolo: Misi autem abstr. gloriaris nisi in cruce  
Domini nostri Iesu Christi. ] Sabbato prophana  
penitus fratrum consortia declinato, & quietem  
mentis eligito: dies enim requietionis est, & pone  
strictum ori tuo silentium, ut saltim illo die non lo-  
quaris. Nam, teste Ieremia, bonum est præstolari cum  
silentio salutare Dei nostri: & vsque ad completo-  
rium exercetas te aut in lectione, aut in bona medita-  
tione. ] Ipsi die communionis diligenter surges  
è lecto, feruentius aëtus diuini cultus exercebis, &  
tempus meditationis in his, quæ te ad amorem, &  
timorem, & reverentiam accendant, insumes. Quid.  
quid cogitaueris, quidquid loquutus fueris, quid-  
quid egers, hac intentione perficies, vt te magis a-  
ptum ad Christum suscipiendum reddas, & vt magis  
gratus oculis eius appares. Aduertere, quanta  
feminæ diligentia se ornant, ut aspicientibus pul-  
chritudine videantur, & quanto studio se lauant, comunt,  
& vestiunt, intentione prava aut præpostera, hunc  
ab eis suscepimus laborem inficiunt: sic tu in de-  
teipsum & laua, & corpore ac mente purifica, vt  
Domino tuo decenter afflitas, & hac rectissima in-  
tentione tuum laborem emunda.

Si curam bene sancteque viuendi suscepis, si  
tribus te diebus ante communionem disponueris, si  
die illo, oratione, gemitu, corporis afflictione, &  
sanctis desideriis paraueris, & post hæc nullâ sensibili-  
ment deuotionem, sed potius mentis ariditatem sen-  
seris, nolit trifari: quia non ob id magno huius Sa-  
cramenti fructu carebis. Audi quid de hac re scribit  
Laurentius Iustinianus: Nemo autem seruorum  
Dei ab hoc prorsus se subtrahat Sacramento, quam-  
uis aetialis deit deuotio: nec quisquam eo priuatur.  
Diuersimode etenim operari Dei sapientia in ibi  
famulantibus, effectus gratiarum suarum, nullique  
fas est iudiciorum Dei arcana rimari, incomprehen-  
sibilia namque sunt, & intellectui inaccessibilia hu-  
mano. Propteræ non debet à sancto Domini con-  
uiuio repelliri indeutus in iste viuens, virtuosè con-  
uerfans, humilians se agnoscens, pure confitens,  
& reverenter accedens. Talis quippe insensibiliter  
ac spiritualiter hoc Sacramento nutritur & vinit.  
Nam manna absconditum est in se continens omnium  
spiritualium abundantiam deliciarum. ] Siergo non  
consolationem, sed De gloriam, & mentis profe-  
ctum quereras, patièter sustine, & resignato animo,  
si consolatione careas, dummodo robur aduersus  
tentationes, & formidinem ad bene operandum, &  
maiorem puritatem percipias.

E Post communionem per horam, aut saltem per  
semihoram, ad agendas pro tanto beneficio gratias  
te colliges. Nam Thomas à Campis non solum de-  
fectui dispositionis, sed etiam gratiarum actionis ex-  
guitatem nostri profectus ascribit. Eius verba: Ti-  
mendum, quod multi fructum paruum accipiunt de  
mensa Christi: quia nec antea, nec postea sunt in  
sufficieti custodia sui, nec satis reverenter præcogi-  
tant, quis est, qui vetus est, nec postea ruminant,  
quia hodie Sanctus Sanctorum ingressus est ad eos.

Gal. 6.14.

Thren. 3.

Laur. de  
discip. &  
perf. mon.  
c. 1.9.

Thom. de  
out. foli.  
li. 1. c. 35.

Qui autem solliciti sunt præparare interiorē domum suam, & occurrere latèter obuiam Christo; ipsi noverūt quid efficacia & suavitatis habeat hæc sacra sancta cōmuniō. In hoc agnoscitur vniuersitatiq; deuotio, & amor ad Christū, secundūm quod ingeniōsē se aptare curauerit ad suscepitionē eius.] Christū verum Deum, Regē omnium potentissimū, nostrarū necessitatum prouisorē benignissimū, in domo cordis hospitem exceperimus, & eum solum & in salutatū relinqueremus: Venit ipse, vt petitiones nostras exaudiat, miseriūque subueniat, & nihil ab eo postulabimus? Amantissimē conclave mentis nostra ingressus est, & nulla voce gratiarū actionis ei respondebimus? Ne in tantam ingratitudinē incurras, & talem proficiendi occasionem amittas, sed ut altera Magdalena ad pedes Domini, quem hospitem excepti. Audi atēre sermones illius, si aliquid te docere dignetur. Alloquere illū, de hospitiū vilitate & nuditate confundere, de patua & repida dispositione venia pere, vires tuas, & mēbra, ac talenta tua in eius obsequiū affer; miserias & necessitates pande, virtutes exopta, ad earum adeptiōē auxiliū implora, & multuarū te exerce amoris affectibus. Si ita feceris, non patietur Dominus, vt sine magno fructu ab eius præsentia discedas, immō faciens faciet, & te donorum suorum copia replebit.

## De auditione verbi Dei.

## C A P T I O N E I I I .

**S** I N G V L I S etiam hebdomadis vniuersi (vt opinor) religiosi verbum Dei audiunt, & Prælati per se, vel per substitutum, ad perfectionem, exhortanti sermonē excipiunt. Est enim vita religiosa, sicut & aliorum honorum, ita & verbi Dei abundans, quo cultores suos sanat atque sustentat. Quibus congratulari possumus verbis illius Pauli: Gratias ago Deo meo in gratia Dei, quae data est vobis in Christo Iesu: quia diuitiae facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scietia.] Si illi adhuc imperfecti sūt, à virtutis & imperfectionibus sanati, perfecti, in omni scietate conferuant. Nā, vt testatur Bernardus, duo operatur verbum Dei, & animas virtuosas sanat, & bonas admonet. Hoc verbum Dei est ille panis subcineticus, qui voluebat aduersus casta Madian, & tabernaculum vitorum subvertit, & terræ funditus coequavit. Tuba est, inquit Hugo Victoriinus, panis est, gladius est. Tuba est, quia auribus insonat; panis est, quia efficiens iustitiam mentes sanat; gladius est, quia cordiū secreta penetrat. Sed videndum est, quonā modo religiosi Dei verbum audire debeant, ne in abundantia panis, quasi panem non habent, & inter suauissimas epulas fame pereant.

Siergo vis, o iuste, ex verbi Dei auditione proficerere, cum magno desiderio audiendi & aliquid discendi ad exhortationem accede. Tibi namque dicit Salomon: Stude sapientiæ filii mihi, & letifica cor meū vt possis exprobanti respondere sermonem. Audi, inquam, non ostenter, sed diligenter, verba sapientiæ, vt habeas ad manum doctrinam Spiritus, qua in omni virtute crescas, & damoni te ad peccata trahenti respondreas. Et Ecclesiasticus, Os prudentis, queritur in Ecclesia, & verba illius cogitabūt in cordibus suis.] Sapientes scilicet verba Dei non perfundorū & negligenter audirent, sed in cordibus suis ea cogitabant, & ad salutem operandum solleter expenderent. Hoc autem desiderium spiritualē excitabis, si te doctrina spirituali indigere animaduertas. Non enim quia vita religiosa te cōstat, que spiritualis doctrina est feracissima, ideo huius doctrinæ auditione non

A egés. Immō ideo tanto maiori studio & attentione audienda est, quanto experientia compertum habes ex tam frequenti doctrina negligenter audit, te nūlum hañtenus, aut exiguum fructū perceperis. Quadrāque in hunc locum similitudo Clementis Alexandrinī tantisper immutata: Quod sicut pisces, qui in falso & naesciunt, & nutritur, salibus tame ad cōdiendum indigent; ita & religiosi in campo doctrina spiritualis educati, eadem doctrina opus habent diligenter audit, vt a vitiorū corruptione protegantur.

Prælatum aut alium quemque eius partes agentem, non aliter quam Christum loquentem & doctētem auscultes. Ipse enim est, qui per administros suos loquitur, ipse qui per os eorum verba vitae cordibus audientium instillat. Sanè quod dixit Dominus ad Ieremiam, idem omnino ad prælatos & Evangelicos predicatorēs dicit. Noli dicere, puer sum, quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis, & vniuersa quæcumque mandauerit tibi, loqueris.] Et postea, [Ecce dēdi verba mea in ore tuo.] Si autē hunc, quem audis, Deus misit, vt te doceret, si verba sua in ore eius misit, si quæ mandauit, ille proponit, nō est cur solam hominem loquentem putas. Nihil autem refert si Prælatus, aut alijs quisvis senex eius vicem gerēs, minus literatus sit, aut minus eloquens, aut minus in rebus spiritualibus exercitatus: nā si verba Domini proponit, parti reverentia audiendus est, ac si magnis donis & talentis polleret. Nam sicut in humanis rebus, vt simili utrū Chrysostomi, quando regum diademata coronatus literas mittit, tunc is qui adferre eas, per se nullius momenti est, sed humilis quidā saepe, neque progenito numerare sciens, obcurus, & ex obscuris, sed non ad illū spectant, qui literas suscepit, sunt, sed propter regis literas, magna reverentia, & silentio eas suscipiunt. Sic etiam auditores non ad dicentem respiciunt, neq; ad tenuitatem eius, sed quia quæ dicit, a Deo afferit, ea collecto animo & attento accipiunt.] Hæc ille. Neque etiam refert quod præfetus cōmuniā & omnibus nota proponat. Non enim doctrinam spiritus audis, vt noua discas, sed vt ad ea, quæ didicisti, opere compleunda incriteris, & vt de hoc, quod scilicet honum cognovisti, & nō fecisti, erubescas. Nam si sermo Dei non venisset ad te, nec loquutus fuisset tibi, forte peccatum non haberes, tunc autem excusationē non habes de peccato tuo.

Audi igitur verba Christi te per Prælatū monen-  
tis, hon cum tēdo & nauſea, sed attēte & deside-  
ranter, non ex curiositate, sed ex desiderio discendi  
vilia, aut operandi perfecta. Audi, non vt statim eo-  
rum quæ audisti, obliuiscaris, sed vt ea postea medi-  
teris. In lege quippe scripta, animalia quæ ruminabāt  
cibum, munda erant; in lege vero noua animæ, quæ  
verba Dei audita meditantur, & quasi in propriâ sub-  
stantiam actione conuentunt, ad magnam mundi-  
tiam perueniunt. Hunc esse illius legis spiritum Au-  
gustinus manifeste testatus est. Verbi auditor, inquit,  
similis esse debet animalibus, quæ ab hoc quod ruminant, mundū esse dicuntur, vt non pigeat cogitare,  
quæ in alio cordis accepti; & cūm audiri, sit similis  
edenti; cūm audita in memoriam reuocari, sit similis  
ruminati.] Si ita verbum Dei audieris, profecto beatus eris. Quoniam scilicet beatū, qui audiunt verbum Dei & custodiunt illud. ] Ad audiendum igitur breui oratione te prepara, qua & loquenti gratiam dicendi, & tibi a calis audientibus adiutorium ad proficiendū poscas. Audi humiliter non vt censori, sed vt ru-  
dis discipulus, audi atēte, vt quæ audieris, memoria  
retineas, aut fideliter, vt ceu bona terra ex semine ti-  
bi commisso fructu operis proferas, & sic ex abundan-  
tia doctrinæ ditissimum virtutum cumulu reportabis.

Clem.  
Alex. I.  
Iherat.

Ier. 1.7.  
Chrys. ho.  
in Genes.

Aug.

Lucas 11. 28.

## De collatione spirituali.

## CAP V T I V.

Galat. 3.

Galat. 1.  
II. 12.Cass. coll.  
2. c. 2.

**M**odus collationum spiritualium, quibus media  
ad vincendam aliquam tentationem, vel pro-  
lterendum vitium, vel asequendam virtutem, inqui-  
rimus, ac modum inter nos studiosè sancte que vi-  
uendi conferimus, tam antiquis est, vt ab ipsis San-  
ctis Apostolis sumperit approbationis exordium.  
Paulus enim ad Galatas scribens, sic ait: Ascendi au-  
tem secundum revelationem, & contuli cum illis  
(nimis cum Apostolis) Euangeliū, quod præ-  
dico in gentibus, ne forte in vanum currem aut cu-  
currifsem. ] Nō ascendit ille ad discendum Euange-  
liū, quod ante ab ipso Christo immediate didi-  
cerat. Vnde præmisera: [Nō enim vobis facio, fra-  
tres, Euangeliū, quod euangelizatum est à me, quia  
non est secundum hominem, neque enim ego ab ho-  
minie accepi illud, neque didici, sed per reuelationem  
Iesu Christi. ] Sed ascendit conferre Euangeliū,  
nam collatio æqualium est, qua de proposta quæ-  
fione singuli exponunt, quid tentant, vt dum in co-  
dem sensu conuenient, se magis ad bonum sentan-  
dum, & malum fugiendum, accendant. Hæc igitur  
Pauli & aliorum Apostolorum collatio, in eum sco-  
pum à doctore gentium ordinata est, non ut aliquid  
noui differet, sed ne in vanum curreret, aut cucurri-  
set, id est, sine fructu apud homines laborasset. Fide-  
libus enim suspecta esset eius doctrina, & meritò, si à  
doctrina aliorū Ecclesia procerū dissentirent. Hinc  
autem usus inolevit inter spirituales viros, ut aliquando  
loco exhortationis collationem instituerent, qua  
vno interrogante, & aliis ad interrogationem re-  
spondentibus, & Prælato quod sentiendum est discernen-  
tente, viuenteri in bono erudiantur, & ad omnem  
perfectionem excitentur.

Fuisse vero apud illos religiosos antiquos frequē-  
tissimum collationum usum, ex Ioannis Cassiani insi-  
gnibus collationibus constat, quæ non solum facun-  
dia illius obseruantissimi Eremita mentes legentiū  
mirificè delectant & mouent, sed & omnem spiritus  
doctrinam continent. Formulā collationis instruē-  
da apud cundem Cassianū inuenio, quam ad utilita-  
tem eorum, qui in similibus collationibus spiritua-  
libus affluui non sunt, non cunctabor scribere. Ita  
ergo ille collationem quandā tempore Beati Anto-  
niū habitam narrat: Memini igitur quondam in an-  
nis adhuc pueritiae constitutus, in partibus Theba-  
dis, ybi Beatus Antonius morabatur, seniores ad eū  
perfectionis quærendæ gratia conuenisse. Cūque  
à vespertinis horis usque ad lucem fuisse protracta  
collatio, circa quæstionem hanc maximum noctis  
spatum consumpsisse. Nam diutissimè quærebatur,  
Quænam virtus vel obseruantia monachum possit  
à diaboli laqueis, ac deceptionibus custodire semper  
illæsum, vel certe recto tramite, firmoque gressu ad  
perfectionis culmē euehere. Cūque pro captu mē-  
tis sua proferret unusquisque tentientiam; & alii qui-  
dem hoc in iejuniorum vigiliarumque studio collo-  
carent, quòd his videlicet extenuata mens, ac purita-  
tem cordis & corporis aequata, Deo facilius uni-  
versalij, in contemptu vniuersarum rerum, quibus  
si penitus mens nudaretur, tanquam nullis deinceps  
eternitibz laqueis, ad Deum expeditior peruenirent:  
ilij, anachoretim necessariam, idest remotionem, &  
cremi secreta censerent, in qua commanens quis fa-  
miliarius interpellare Deum, cīque possit peculiarius  
inhærere. Nonnulli sentanda charitatis, id est huma-

A nitatis, studia definirent, eo quòd his regna celorum  
daturum se Dominus in Euangeliō, velut specialius  
repromittat, dicens: Venite benedicti Patris mei, pos-  
sidere paratum vobis regnum à constitutione mudi;  
efurii enim, & dedistis mihi manducare, sitiui, & de-  
distis mihi bibere. ] & cæt. Cūque in hunc modum  
diuersis virtutibus aditum certiore ad Deum pat-  
tri posse discernerent, effetque noctis maximum tem-  
pus hac inquisitione consumptum, intulit demum  
Beatus Antonius, Omnia quidem hac, quæ dixisti,  
necessaria sunt scientibus Deum, atque ad eum cu-  
pientibus peruenire, sed his principalem tribuere  
gratiam, nequaque nos innumeris multorum casus  
& experientia permittunt, & cæt.

B Hæc est forma collationis, cui non solum magnus  
Antonius adfuit, verum & illam maximè commen-  
dauit. Nam Athanasius quandam eiudem sancti  
patris exhortationem habitam ad fratres com-  
memorans, ab his verbis illum exordiū desumptum  
est: Ad omnē quidem mandatorū disciplinam Scri-  
pturas posse sufficere, sed & hoc optimum fore, si  
mutuis inuicem fratres sermonibus consolarentur.  
Et vos ergo, inquit, vt patris referte, quæ nostis, & ego  
quæ per longam etatem consequutus sum, quasi filius  
indicabo. ] Multa alia sunt in Sanctorum historia  
Theodoret, & in Dorothei doctrinis, & in Palladij  
Lausiaca, ex quibus hunc usum collationum spiri-  
tualium apud veteres religiosos viguisse conspicitur.  
Neq; præterendum est, quod de illo scribit Basilius  
in hunc modum: Operæ pretium est autem si statis  
interdum quibusdam temporibus, certisque locis  
concessus celebretur eorum, qui fratrum conuentibus  
præfunt, in quibus videlicet, cùm de rebus iis,  
qua sibi præter rationem accidentint, tum de difficili-  
bus etiam ad tractandum naturis, aut moribus, &  
quomodo in singulis moderandis se gesserint, vici-  
fum inter se comunicent & conferant: quod videlicet  
si aliquid aliquando minus recte ab aliquo factum  
fuerit, id adhibita locuplete multorum sententia,  
maiore cum autoritate, quod in medium addu-  
ctum est, quale sit iudicetur. Contráque, si quid re-  
& gestum, multorum similiter testimonio compro-  
batur, ] Sie ille. Hic ergo usus à Sanctis antiquis  
commendatus, non esset à recentioribus deserēdus,  
vt ex eo copiosum fructum, sicut & illi colligerent.  
Si enim scientia mutua condiscipulorum collatio-  
ne discuntur, si res ad gubernationem, & ad nego-  
tia bellica pertinentes, collatione tractantur, cur res  
spiritus & salutis nostræ non conferemus, vt inde  
quid faciendum & quid fugiendum sit, auditius alio-  
rum sententiis, cognoscamus? Salus, inquit Salo-  
mon, ybi multa consilia. ] vel, vt habent Hebreæ, in  
multitudine consultorum. Multos igitur eiudem  
propositi & vocationis audire debemus, vt eorum  
experiencia ad salutem nos doceat, & de his quæ fo-  
liu industria propria consequi non valet, ipsorum  
sermo exhortatorius erudit.

E Si ergo alicubi usum harum spiritualium collatio-  
num inuenieris, eis adesse, & fructum eruditiois per-  
cepisse non pigear. Et sicut seniores & principes lu-  
dorum conferebant adiuvicem, quomodo Christi  
memoriam delerent, & Apostolos perderent: ita &  
tu cum viris spiritualibus confer, quomodo Christi  
sequaris, & Apostolos imiteris. Aliquando defec-  
tum simpliciter pande, & remedium, verbi gratia,  
ad aridatatem & distractiōnem orationis, quam pa-  
teris, ad vincendam iram, ad continentiam sanctis  
cogitationibus cor, & ad alia huiusmodi, humiliare  
quæ, & fratres tuos super his, quæ aut repellere  
aut habere cupis, interroga. Sermo enim dicebatur

Mat. 25.

Athani.  
in vita  
Anto.Basil. lib.  
regu. fu-  
sias diff.  
5. 54.

Pro M. 14.

A. 4.  
15.

*Regnum 20.18.*  
in veteri proverbio: Qui interrogant, interrogant in Abela. ] & sic proficiebant. Abela interpretatur locus consilij. Quis autem locus ad capiendum consilium aut aptior, aut illustrior religiosorum cōfessu, in quo singuli loquuntur, non tam qua legerunt, aut audierunt, quām qua experimento didicentur, & oratione à magistro veritatis impetrarūt? Ibi ergo non dubites interrogare, vbi sine falso veritas discitur, vbi sine respectu alicuius perfectè veritas edocetur, vbi auctus Dæmonis, & misericordia Dei aptissimè propagatur. Situ interrogatus fueris, habeat capit responsum tuum: ] summatim dicas & paucis, ac simplicibus verbis tuam sententiam absolvas, eaque in medium proferas, non tam qua legisti, quām qua actione aduersus vitia pugnando, aut virtutes querendo comparasti. Si nec interroges, nec respondeas, humiliter cum desiderio discendi loquentes audi, etiam si indoctiores, aut rudiiores, aut plane idiotæ videantur, quoniam sapientissime diuinæ sapientia appetit os mitorum, & linguas infantium facit differatas.] Et ab ore istorum non semel, nec sine admiratione accipies, quod literatus non protulit: quia volumina aliorum tantum legit, & perfectè operari haec tenus ignorauit.

*Ecclesi. 32.**Sap. 10.*De retinendis propriæ despiciencie signis.  
CAPUT V.

**S**VNT etiam in familiis religiosis introducta quadam humilitatis, & despiciencie propriæ, ac compunctionis exercitia, quibus spirituales viri cum in unum conueniunt, se mutuo ædificant, & ad virtutis desiderium accendent, ut si dum congregatio ad mensam recumbit, quidam ex religiosis culpas suas, quæ nihil offendit & multum ædificationis habent, publicè fateantur, si prostrati, aliquot pedes exfolcentur, si humi sedentes, more seruorum, & non cum aliis pane vescantur; vel si alia similia faciant, quæ seruor inuenit, humilitas probavit, & victoria passionum desiderium introduxit. Harum mortificationum (sic enim vocantur) vel humiliationum vius non est nouus, immò ex gestis ipsius magistri humilitatis assumptus. Ipse namque surrexit à mensa, & discipulorum sedentium pedes lauit, lotos linteo tergit, & iam à se mundatis (vt est credibile) oscula fixit. *Quin & Magdalena coniuvit, in quo Dominus epulabatur, ingressa, pedes eius osculata est; nec, si Domino gratum existimat, aliorum recumbentium pedes osculari erubescet.* Plene sunt Sanctorum historiæ similibus humilitatis exemplis, quibus sancti viri aliorum pedibus figebant oscula, & se coram aliis peccatores dicebant, & se stultos & emota mentis simulabant, aliaque non ad factum, sed ad argumentum meritorum, & ad ædificationem fratrum assuebant humilitatis insignia. Quæ aliquando sponte, non nunquam verò iussu Prælati exercebantur, vt ex Climaco (vnum enim exemplum proferamus in medium) licet colligere. Cùm ad mensam, inquit, aliquando confundemus, summus ille magister inclinans suum sanctum os ad auem meam, Vis, inquit, tibi ostendam in extrema profundaque canitie diuinum sensum atque prudentiam? Cùmque id summis precibus orarem, aduocat ex proxima mena, quandam Laurentium nomine, qui quadragesima ferè octo annos in Monasterio degerat, sedensque erat Sacrarij Presbyter. Qui cùm venisset, atque Abbatii genibus flexis stare, ab illo quidem benedicitur. Sed cùm surrexisset, nihil illi penitus dixit, sed sicut ante mensam sine cibo stare permisit.

*Ian. 13.**Lucas 7.**Climac. de obedi. grad. 4.*

A] Erat autem tunc prandij initium, Itaque prolixam horam, & fortasse duas immobilis stetit, adeò vt ipse quoque erubesceret, neque enim in illius faciem intueri p̄t̄ verecundia possem. Erat enim canus totus, octogesimūque iam agebat ætatis annum. Mansus autem sine responso villo usque ad refectio- nis finem. A qua cùm surgeremus, mittitur iam à sancto illo, vt memorato Isidoro diceret trigesimi noni Psalmi initium.] Hæc ille. Qui & suprà in eodem gradu, de publica apud fratres manifestatione culpam, pluribus differit, vt intelligamus, nihil ad virorum spiritualium seruorem nunc in familiis religiosis fuisse introductum, quod non auctoritate antiquitatis firmetur. Nos autem nolumus nunc eam publicam culpatum grauiorum manifestatio nem fūaderet, quam Climacus narrat, sed ex ea colligimus, quām vtile & humilitatis plenum sit, leuiores culpas coram fratribus fateri, & ex spiritu compunctionis, nos peccatores & habitu religionis indignos accusare.

Quare si tu, & vir Dei, eam religionem profitearis, in qua hæc neendum obliuioni tradita sunt, impensè rogo ne eadem excidere tua negligentia permissas, led (quod ad te attinet) integra & inuolata custodias, & non tam verbo quām opere alios fratres ea in magno pretio habere doceas. Si iuuenis es, sœpe in his te exercetas: si senex & plenus dierum ac meritorum, aliquando eadem præstare non desinas. Nam licet hæc parua sint, non partim valent, nec exiguum ex illis fructum colliges. His enim pro quotidianiis negligentiis satisfacimus, nos humilitatis operibus exornamus, ad seruorem & devotionem excitamus, & tepidiores, ista spicentes, ad imitationem accendimus. Et beatus ille, qui columbae similitatem induit, qui se minimis ad proficiendum indigere cogitat, & qui prima illa mortificationis opera à primis illis patribus introducta vita sua sanctitate conferuat. Iam initia religionis nostræ elapsa sunt, fateor: iam instant alia tempora, assentior: sed illa tēpora instant, in quibus oportet, si zelum Dei habemus, ea summis conatibus tenere, quæ à patribus nostris didicimus, ne ab amore perfectionis excidamus.

Ad hoc mortificationum genus pertinent vilia & abiecta seruitia, à quibus nullus bonus religiosus se debet eximere. Qualia sunt, domum euertere, patellas mundare, fratribus ad mensam sedentibus ministrare, & alia huiusmodi ministeria humilitatis obire. Ille enim qui omnium est Dominus, dixit: Qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator.] Nec solùm verbo docuit, sed & exemplo ad id præstadum incitauit. [Nam & ego, inquit, in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.] Basilius hoc documentum à religiosis esse seruandum grauissimis verbis ostendit, & utilitatem eius exploituit. Ille sic ait: Atque etiam intelligendum illud est, debere pietatis cultorem vilia etiam munera magno cum studio, magnaque cum animi alacritate suscipere, scientem nihil minutum esse, quod Dei causa fiat, sed grande & spirituale, quod cœlum nobis & præmia cœlestia conciliat. Quamobrem licet communibus utilitatibus inseruentia sarcinaria sequi iumenta oporteat, recusare tamen non debet. Siquidem venire in mentem Apostolorum debet, quām alacriter illi Domino paruerunt, quando illis mandauit, vt ad se pullum adducerent; cogitaréque, & illos quoque, quorum causa iumentorum curam suscipiat, fratres Domini esse, & tributâ ipsis benevolentia, studiūque in ipsum Salvatorem redundare, qui dixit: Quatenus fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis.] Quod si sua facit, quæ minimorū

*Matt. 25*

40.

*Lucas 22.*

26.

*Basi. cœl. mona. c.*

24.

sunt, sine dubio multo magis, quæ Electorum sunt, ea sibi vendicabit, modò ne officium causam ad licentiam existimet. Quin summa potius animi attentione munire seipsum debet, ut cum sibi, tu ceteris, in quoquecumque casu derulerit, pariat utilitatē. Porro si de maneribus ipsis quæ abiectione sunt, aliquid exercendum sit, tunc conuenit, Saluatorē quoque ipsum discipulis ministrasse, & abiectione opera facere non recusasse: magnūmque homini esse, si Dei imitator existat, cum per hæc quæ humilia sunt, ad altitudinem illam, quod illum est imitatus, ascendas. Quamquam quis iam humile ausus quipiam appellare, quod Deus ipse attingere nō recusavit. Hæc autem non ad idiotas tantum, aut ad adolescentes dicitur, sed ad doctos, & literatos, & sapientes, quos vehementer rogamus, vt magnum illum doctorem Bonaventuram imitentur, de quo hæc scripta reperimus. Nec, vt plerique literarum scientia inflati, vilia ministeria domestica fastidiebat, sed qui vix nec nisi per obedientiam, ægide tamen ab illorum executione coerebatur, reputantibus Praelatis, indignum, si non à talibus vir egregius sequestraretur, in quo sancti Spiritus gratia habitate perspicue cernebatur. Nec tamen vir sanctus illa caritatis officia, ob literarias actiones prætermittebat. Sed in omnes fratres oculos intendens, si quem fortè tristem, aut professionis penitentem, intelligereret, tanta dulcedine in sermone conueniebat, cōsolabatur, monebat, ac confirmabat, vt nullus ab eo discederet, quin libens coprum religionis iter persequeretur. Infirmorum præterea cura supra quām credibile sit deletabatur, quovæ grauioribus, aut contagiosis morbis grauaretur, eò magis se totum illorum obsequio applicabat. Quibus officiis cùm maiorem diei partem absumeret, non eo minor erat in publicis electionibus ac interpretationib. scripturarū, quæ tanta claritate audientibus intelligenda reddebat, ut ipse author illorū merito videri posset.] Hæc ibi. Verissimè credo: quia beatus hic doctor à cognitione rerum diuinarum nequaquam impeditabatur humilitatis obsequiis; & qui illum imitatus fuerit, nullum vera sapientia impedimentum, sed potius eius augmentum experietur. Quia sicut factus, & contemptus bonorum opérum, & superbia cæcant, ita humilitas, & simplicitas, lumen ad sapientiam continentam parant.

#### SECTIO IV.

De his quæ singulis mensibus fiunt.  
De eligendo adiutori per singulos menses  
ad profectum virtutum.

##### CAPUT I.

**T**obias, quæ per hebdomadam facienda sunt, duo alia obseruanda per singulos menses adiicimus. Eorum primum est, vt cuiusque mensis exordio, Sanctum aliquem ex his, quorum Ecclesia eodem mente festa concelebrat, & commemorationem facit, in patronum, & aduocatum, & comitem ad iter vitæ spirituali confidencem eligamus. Senior Tobias volens filium suum mittere ad recuperanda decem argenti talenta, quæ sibi à Gabelo sub chirographo debebantur, hoc primum vt prospere omnia succederent, illi mandauit. Perge nunc, & inquit tibi aliquem fidem virum, qui eat tecum salua mercede sua, vt dum adhuc viuo, recipias eam.] scilicet pecunia quæ nobis est debita. Obediens filius genitor paruit, & egressus inuenit iuuenit splendidum, (nimurum Angelum Domini) stantem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum.] Quem accipiēs in

A comitē via, non solū beneficio illius debitū requiriuit, sed & vxorem castissimam, & magnas diuitias cōparauit. Hic inspicio pulchrā imaginem ad exprimendum id quod nū tractamus, delineatam. Lustus enim ad querendam paternam hæreditatem incitat, & ei cura itineris faciendi, quo in celum pergit, imponitur. Indiget autem huius vitæ comite fidelissimo, qui semper protectione sua eius lateri assit, qui discrimina insurgentia præueniat, qui modū agēdi in itinere, in hospitio, & in toto decursu peregrinationis doceat, qui saluum & incoludem clientulū suum in locum quod destinatus est, ferat. Hæc autem omnino à quo melius, quām à sancto aliquo homine vel Angelo sperabimus, cuius lora felicissima, eundē à propriariū commoditatū cura liberat, cuius charitas, & miseratione impensis ad salutem nostram procurandam prouocat, cuius sapientia, & potestas melius & efficacius nostris miseriis & necessitatibus medelam afferre queat? Tu ergo si cupis viam spiritus feliciter ambulare, & in omnibus ambiguibus magistrum, in periculis adiutorem, & in infirmate sustentatorem habere: Voca, vt inquit Iob, si est, qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum conuertere.] Immò quia habes innumerabiles, qui tibi respondeant, qui tuas preces exaudiant, qui tibi in omni necessitate subueniant, inuoca illos, & vt ferventius & deuotius hoc facias, inuoca nunc uno mense vnum, nunc alio mense aliud, qui quas ionu inter se partiantur, & te vt pupillum sue benignitas commendatum respiciant.

B Sed quid facies, vt Sancti illius, quem in patrōnum elegisti, tutamen & protectionem obtineas? certè hæc, quæ sequuntur. Primo circa initium mensis, eo die quo sancti inter fratres distribuēti sunt, à Domino humiliiter postulabis, vt sanctus illi tibi forte obtingat, ob cuius intercessionem vultuum profectum augere, & tuas tibi miseraciones elargiri. Et ille qui salutem tuam impensè desiderat, dabit tibi pædagogum sapientissimum, & adiutorem fortissimum, cuius ope de omnibus docearis, & à tuis hostiis protegaris. Comperiētque aduersarius tuus verum etiam esse, in spiritualibus Dei templis, id est, in iustis, quod de Templo Hierosolyma impius Heliodorus effatus est: Nam ipse qui habet in cœlis habitationem, visitator & adiutor est loci illius, & venientes ad malè faciendum, percutit ac perdit.] Ille inquam summus cœlorum Dominus, cuius est iustos visitare & defendere, militum suorum, id est, Sanctorum ministerio, hostes ab eis arceret, ac ab omni malo defendit.

C Secundò, Sanctum tibi ad tutelam designatum deuotè reuerenter, & cum debita gratiarum actione suscipias, non aliter ac si Dominus ipse, cuius prouidentia maiora & minora gubernantur, illum tibi in patronum assignasset. Et cum primū per tempus licuerit, te in Ecclesiam vel in cellam, vel alium locum quietum, recipies, ibique Sancto illi patrōtu te præsentem facies, tuas illi necessitates expones, & illi te deuotè commendabis. Et sicut Jacob luctabatur cum Angelo quoisque ab eo benedictionem extorsit, ita & tu luctare cum illo protector tuo, non brachis, sed precibus, & orationum instantia, vt hanc benedictionem consequaris, quod ipse te & tua omnia sub tegmine sue protectionis accipias.

D Tertiò, Quotidie sermeli, aut bis aduocatum hunc tuum exorabis, vt sua protectione tibi semper affiat, vt se magistrum affequenda perfectionis faciat, & vt se tibi in omnibus comitem præbeat. Imitare sanctum Davidem de seipso dicentem: Leuani

oculos

Gen. 32.  
30.

Psal. 120.